



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

3. Quæ poenitentia imponenda injusto homicidæ in Sacramento
Confessionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

§. III. *Quæ penitentia imponenda iniusto homicide
in Sacramento confessionis.*

De hac Paulus Comitolus in respo Moral lib. 4. tituli. 11. num. 8. in hanc sententiam scribit : *veniam petere ab omnibus penitentia salutaris, esset, veniam petere ab omnibus peccatis, isdem omnia damna relaxare, pro anni, et mensis, et hebdomadae praestare : singulis hebdomadae, et mensis curare celebrandum, Aliquam elemosinam in summa bonitatis facit, et pauperibus erogare, Litanias, et processiones Virginitis percurrere. Praeterea per eundem, et singulis hebdomadae confiteri, semel in mense confiteri, et semper tota vita quotidie cum Patre, & spiritu sancto, et angelis flexis pro eadem anima occisi recitare. Hac Comitolus, qui satis fit Confessoribus proposuisse, ut in his in talibus particularibus minuant, ad eandem non debent, istas conditiones personae penitentis, nisi universaliter, et constantiam, cum ea prudentia, quam brevis Confessionis, lib. 4. cap. 3. & 4. in mea Methodo Confessionis, lib. 4. cap. 3. & 4.*

CAPUT IV.

De obligatione Restitutionis Homicidio.

§. I. De Obligatione Restitutionis ex Homicidio
indirecto.

1. **D**ammum alteri ex quacunque actione, atque
causa ex occisione provenire, vel directè po-
tèstè intelligitè, seu per accidens: Ne longum faciam,
adducè idè exèmplo: Ioannes segetem Petri per cul-
trum mortalem comburit. Sanè is dammum Petro di-
rectè facit; atque cum ad Restitutum Petri teneri
de rato damno, nullus ignotat. At si fortè Franciscus
harenentè impulerit earum segetum combustio: unde
Franciscus intrudatur in carcerem, spoliatur suis bo-
nè, committatur ad Trirèmem, &c. hoc dammum di-
citur indirectum, & per accideps? respectu Ioannis
illè ergo in occisione: Si enim Ioannes iniuste occi-
dit Petrum; dammum Petro directè facit, & ad resti-
tuendum omnia damna Petro obvenientia obligabitur; de
qua obligatione agam *mor. q. 2.* Ioannes, ut dictum
è, occidit Petrum, sed deinde Franciscus, est eiusmodi
de occisione infamatus, & solvat pènas: hac solutio
pernet in directà respectu Ioannis, & in *q. presenti*
quæritur, an Ioannes obligetur hoc indirectum dam-
num restituere.

1. Et quidem certum mihi est, Ioannem debere compensare Francisco, vel eius hæredibus ea, quæ ipse Franciscus coactus forte fuit à Iudice tradere Petro directè damnificato, ea inquam, quæ recompensatio damnum directum, ipsi Petro illatum. Ita de *Lugo cum. de iust. d. 8. scilicet. 6. num. 84. Rebellius p. 1. lib. 3. cap. 1. num. 15.* citans Coridub. Sotum, aliisque. Ratio est manifestæ, quia Ioannes damnificans tenetur fructus equalitatem cum ipso Petro, cui directè damnus intulit. Ergo cum Petrus à Francisco habuerit fructus, & Ioannes, vt certum est, per hoc non absolvitur ab obligatione retaliendi cum Francisco; quod fecit, congens est, vt Franciscus vices Petri nunc subeant reddat. Nisi forte Petrus restituit Francisco id, quod coactus à Iudice Franciscus ipsi Petro tradidit; nam tunc Ioannem Petro debere reddere, nimis est durum.

Redeo ad quaestionem propositam: Triplici modo se habere potest Ioannes indirecte damnificans se, occidens alium. Primum, ita ut non praevideat illud delectum esse alteri, v. g. Francisco imputandum. Secundum, ut praevidat, sed non intendat. Tertiū, ut praevidat, & intendat.

III. Affero probabile, & tutum esse, regulariter lo-

quando, non teneri quempiam ad restituendum damnum eiusmodi fecutum indirecte, quocunque ex his tribus modis res contingat; atque adeo dictum Ioannem ad nihil obligari. Ratio huius nostræ sententiæ; quam impugnat de Lugo, l. c. *sect. 6. num. 80.* sequens Molinam *l. c. tract. 3. d. 86. num. 3.* Rebel. l. c. sed requirit Lessius *lib. 2. cap. 9. diff. 6. num. 113.* est: quia damnificatio tunc solum est radix obligationi restituendi: quando est causa externa physica, vel moralis damni consecuti, ut patet in aliis obligationibus. Sed in casibus istis damnificatio, seu occisio non est causa physica, ut certum est: quia nullum concurrat, seu influxu physicum exercet occisio Petri, quem commisit Ioannes, in imputatione Francisci: Nec moralis, quæ enim dicat, quod ideo imputetur damnificatio ipsi Francisco: quia illam fecit Ioannes. Ergo, & c. Iudex igitur solum capit occasione imputandi occisionem Francisco ex occisione facta à Ioanne; non autem Ioannes dat causam. Quare etiam si Ioannes damnum Francisci prævidet, vespetiam intendat; vnde & peccet contra charitatem: tamen quia hæc prævisio, & intentio non facit ipsam actionem externam iniustam nisi alias ex natura sua sit causa saltem moralis iniusti damni; non potest inde colligi onus restituendi, quod solum sequitur ad iniustam causam externam damni.

4. Dixi autem (regulariter loquendo) : quia interdum ex circumstantiis damnificatio est talis , ut influat moraliter ad imputationem ; et tunc fane erit obligatio restitutionis. Vt si comburens , v. g. segetes Petri, vel Petrum occidens statuer famulus, vel gladio alterius tertij . v. g. Francisci , ipso Francisco invito ; et quo defumatur indicium , quod Franciscus damnum, vel mortem intulerit. Tunc enim ea damnificatio est causa physica damni Petri ; sed moralis damni Francisci.

Ad dignoscendum autem, an adfit eiusmodi mor-
alis influxus, illa est Regula, ut videatur: An ex tali
damnificatione iuncta cum suis circumstantiis sequa-
tur, ut plurimum imputatio, vel damnum tertij, si
enim ut plurimum; signum erit moralis influxus, Lege
Lessium citatum.

5. Ex dictis sequitur, eum; qui furatur thesaurum avaro, unde avarus merore confectus moriatur: Eum, qui occulte aliquem occidit, unde talis occisus alteri, v.g. inimico occisi impuretur: Eum, qui aliam alteri impingit, unde ob dedecoris apprehensionem moriatur: Eum, qui vendit Militi arma, unde is, homicidia iniusta committat: Eum, qui solo suo exemplo extraneis est offendiculum ad male agendum; & similes, non obligari ad restitutionem ex homicidio, etiam si intentum id a dictis fuerit: quia tunc, licet peccetur contra Charitatem; non tamen peccatur contra Iustitiam per actionem externam, quae sit vera causa physica, vel moralis homicidij.

Qui alium occidit, & collocat cadaver ante ianuam alterius, unde is alter à Iudice condemnatur non iudico esse causam moralem insinuo condemnationis: Ita de *Lugo tom. 1. de Iust. et i. sect. 6. num. 34.* loquitur tamen, quando imputatio praxideatur, licet non intendatur. Contra Sanchez ab eodem de *Lugotitulum ibid. p. 18. sect. 5. numero 116.* Multò rarius, qui invenit cadaver occisi ab alio ante suam ianuam, illud collocat ante ianuam alterius: lege de *Lugo loc. cit. d. sect. 5. à numero 114.* (qui etiam, obiter id habet; à Restitutione exculat eum, qui infantem ante suam ianuam inventum, collocat, ut nutriatur ab aliis ante ianuam alterius:) verum, qui alium occidit in domo, vel agro alterius, unde patet is alius condemnatur iudico esse moralem causam. Ratio vtriusque dicti est, quia ex prioribus actionibus non sequitur ut plurimum imputatio homicidii, siquidem casu tibi mori potuit alibi vulneratus: sequitur ex posteriore, nam praesumitur Domino domus, vel agri consentiente, homicidium fuisse commissum. In utroque adesse causam moralem, & probabiliter supponit Sanchez *lib. 2. conf. 5. dub. 5.*